



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

53. An Princeps à legibus sit solutus? Et deducitur, quod seposito scandalo, Princeps nec peccat mortaliter legem suam non seruans. Ex quo cursim sequitur, quod seposito scandalo Ponrifex Summus non ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76413](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76413)

vi coërcitiua, cum à nullo puniri possit; sed vi directiua: quia, sicut ius natura præcipit, ut Superiores obseruent leges proprias, & sic se conformet subditis; turpe est enim, caput, & membra non conformari: ergo eodem modo, quo subditi tenentur seruare leges Superiorum, Superiores ipsi tenentur seruare proprias, ac proinde virique legibus obligantur. Ita docet Granado in part. 2. contr. 7. tract. 3. p. 1. disp. 6. sect. 1. n. 6. Layman in Theolog. mor. tract. 4. c. 9. n. 3. Suarez de legib. lib. 3. c. 35. Fernandez in exam. Theol. mor. p. 2. c. 6. §. 2. Ioan. de la Cruz in direct. conf. in proem. dub. 3. concl. 2. Valquez in p. 2. tom. 2. disp. 167. c. 3. n. 17. Becan. in summ. Theol. p. 2. tr. 3. c. 6. §. 2. per totam, & alij penes ipsos.

2. Sed difficultas est, an ex vi directiua teneatur ita seruare suas leges, ut illas frangendo peccet mortaliter. Affirmant aliqui, ut Granado ubi supra, in p. 2. contr. 7. tract. 3. p. 2. disp. 17. sect. 3. n. 24. Suarez de legib. lib. 3. c. 35. n. 8. & 20. Sayrus in Cluni Regia, lib. 2. c. 9. n. 2. Alderius in p. 2. q. 96. tract. 5. fol. mibi 405. col. 1. & alij: quia putant directè Principes teneri seruare leges.

3. Sed mihi contraria sententia probabilis etiam videtur, quam docet Filliuc. tom. 2. tract. 21. c. vlt. num. 426. Azorius p. 1. lib. 3. c. 11. q. 1. Salas de legib. disp. 24. sect. 2. n. 19. & 20. & disp. 20. sect. 12. n. 104. Lessius lib. 2. c. 35. dub. 5. n. 34. & alij: quia Princeps non tenetur seruare legem, nisi indirectè; & illo iure, quo se tenetur conformare subditis: & cum lex non obliget vltra voluntatem Legislatoris, non censetur Legislator velle sibi tantam obligationem imponere. Ergo, &c. Vnde, semoto scandalo, & aliis circumstantiis, assero, Pontificem non peccare mortaliter, si non communicet in Pascha: tunc faciat contractum, iure tantum humano, simoniacum, & aliis similibus. Peccat tamen Princeps, si venderet aliquam rem vltra iustum pretium taxatum à legem, ut bene obseruat Lorca in p. 2. tom. 2. tract. de legib. disp. 6. membr. 3. & alij, naturalis iustitia postulat: ut iusto pretio contractus fiant: pretium autem sit iustum communi æstimatione, quæ melius lege, quam alio arbitrio declaratur.

4. Notandum est etiam, quod Princeps tenetur stare in contractibus à se celebratis cum suis subditis; & aliter faciendum peccat mortaliter: & ita docet Regis in praxi. tom. 1. lib. 13. c. 17. n. 168. Suarez de legib. lib. 3. cap. 35. n. 23. Salas etiam de legib. disp. 14. sect. 2. num. 27. Azorius par. 1. lib. 6. c. 11. q. 1. Filiucius ubi supra, & nouissimè Villalobos in summ. tom. 1. tract. 2. dub. 30. n. 6. vbi sic asserit: [En todo contrato el Principe se obliga à aquel con que contrahe, aunque sea su subdito, y queda obligado como el està. Es commun sententia y lo dicta la razon natural: porque el contrato ha de ser y gual, y no ha de claudicar: y así pues el subdito la queda obligado à el en el contrato; tambien el ha de quedar obligado.] Et idè docet Ioan. Valerius in differ. vtriusque veri. verbo Lex. differ. 10. n. 1. Princeps non teneri, saltem (ait ipse) sub mortali, seruare leges, nisi tamen iurassent seruare eas, ut solet tale iuramentum exigi à Regibus, à Dominis terrarum, dum capiunt de nouo possessiones earum: quia Princeps naturaliter sub peccato mortali potest se suis subditis obligare. Vide etiam, circa præsentem quæstionem, Tannerum in par. 2. disp. 5. q. 6. dub. 2. n. 22.

RESOL. LIII.

An Princeps à legibus sit solutus?
Et deducitur, quod seposito scandalo Princeps non peccat mortaliter legem suam non seruans.
Ex quo cursum sequitur, quod seposito scandalo Pontifex summus non legens Elogas Canonicas, non ieiunans, &c. non peccat in hoc.
Et inferitur omnia peccata, quæ à Principe committuntur
Tom. VI.

oh non obseruationem propriarum regum esse eiusdem speciei.

Et notatur, quod Princeps Superior non tenetur in conscientia seruare Statuta, seu Leges municipales Prouinciarum sibi subiectarum, quando in illis Prouinciis moratur: vel in eis peregrinatur.
Et quid, si tale Statutum confirmatum sit ab ipso met Principe? Ex p. 1. tr. 7. & Milc. 7. Ref. 6.

§. 1. **O**ritur difficultas ex verbis Vulpiani, qui in leg. Princeps 31. ff. de legib. diferte tradit, Principem legibus solutum esse: sed varie respondent Doctores, Iacobus Cuiacius lib. 15. obseru. c. 30. scribit Græcos interpretes eam accipere de legibus pœnariis, ita vt not. Princeps, delicta à se commissi, pœnam legibus definitam non sustinet, cum iudices non habeat. Ipse verò Cuiacius eam de legibus caducariis, seu odiosis, nempe Iulia, & Papia tantum interpretatur; hoc argumento quod desumpta sit ex Vulpiapo lib. 13. ad Iuliam, & Papiam, quæ de caducis erat lata, quod ex inscriptione ipsius legis appareat. Idem censent Anton. Augustin. lib. de leg. & Senatusconsult. c. 17. & Tob. Baumelkier lib. 1. de iurisdict. cap. 19. n. 7. Gotofredus in notis ad nou. 105. c. 2. in fin. Vulpianum ita intelligit, non quod sit Princeps verè legibus solutus, sed quod solutus videatur, arg. leg. imperfecto 13. ff. de leg. 3. Guilielmus Onciacus q. philos. 27. n. 4. opinatur, Principem de facto legum vinculis solutum, iure verò esse obstrictum. Vult eius ad §. sed quod Principi 6. Scilicet de iur. nat. gent. & cin. 7. & 8. docet Principem omnibus legibus tam à populo Romano, quam ab ipso, & antecessoribus suis latis solutum, & liberum: interim tamè legibus diuinis, & naturalibus (vt pote, quæ Vulpiani regula non continentur) teneri atque adstrictum esse. D. Bofoldus lib. 1. poli. c. 2. n. 3. pag. 82. alique ab eo relati, distinguunt inter ordinariam Principis potestatem, & extraordinariam: & secundum ordinariam potestatem Principem legibus subiectum: secundum extraordinariam verò iisdem solutum esse existimant. Plerique denique alij distinguunt inter leges merè positiuas siue ciuiles, iurisque solemnias: & inter leges naturales siue diuinas, atque gentium, sicque eas, quæ publicum respiciunt bonum; & concludunt Principem illis omnibus esse exemptum: his verò (cum sint incommutabiles) non item; §. sed naturalia 11. §. de iure nature, gentium, & cin. 2. §. 1. ff. de usufr. earum rerum quæ usu consumuntur: ac proinde populum Romanum qui lege regia omne suū imperium, & potestatem in Principem, seu Imperatorem transtulit, dist. §. sed & quod Principi 6. §. dist. 2. & l. 1. ff. de constit. Principum. his eundem soluere non potuisse, & consequenter etiam eundem Principem, neque cuiquam rem suam sine iusta cæula auferre, neque proprium contractum transgredi posse, etiam si vtatur plenitudine potestatis; quia eius potestas, vt cumque plena ad id se non porrigat: cum pacta, & contractus violare nefas sit iure naturali, & gentium, l. 1. ff. de pact. leg. 1. ff. de const. pec. leg. 3. C. de rescindend. vend. lason. in leg. ex imperfecto 3. Codice de testament.

2. Sed de hac quæstione latè tractat Ferdinandus Valquius leg. 1. cont. illo cap. 20. n. 15. Coralc. l. 2. misc. cap. 25. num. 4. & 5. Vves in §. fin. num. 4. in fin. quibus modis rest. infirm. Contan. Comm. iur. cin. l. 1. c. 16. n. 8. & 10. Antonius Faber tom. 1. iurisprud. Papin. tit. 2. principio 8. illud 2. Schiforhegh. l. 3. tract. 19. quest. 21. Vngepaut exercit. Instin. 2. quest. 5. pagina 44. cum sequentibus. editione vltima. Bendet in tract. de reuis. conclus. 22. num. 16. & sequentibus. Niellius disp. feud. 2. thgf. 3. liter. B. Treutler. disp. 1. thesaur. 6. volumine 3. Scipio Gentil. in disp. de Principatu Rom. thesaur. 30. & sequent. Henonius disputatione 1. sub. controuers. 7. Lanlius in discursu de lege Regia, thesauro 62. cum multis sequentibus.
D 2

Sup hoc c6. uactu in §. vlt. præced. Ref.



& in *differat. de legibus in Corollar. 46.* & Andreas Scepius in *orat. sue q. An Princeps lege sit solutus*, Boer *dico tract. de investitura feudi, cap. 3. n. 78.* & *paribus subsequentibus*. *De sold. in Oeconomia tit. 3. & 4. leg. 1. ff. nu. 7. pag. 137.* & *sequentibus*. Hunnius *lib. 2. de interpret. & auctoritat. iur. c. 1. q. 7. pag. 135. cum seqq.* Enenkel *l. 1. de privileg. c. 8. & l. 3. c. 3. & seqq.* Bachomius in *notato. & animadvert. ad Treutler. volum. 1. disp. 1. th. 6. lit. A & B, pag. 24. cum seqq.*

3. Quibus omnibus adde Runalinum in *aream Bulam Caroli IV. differ. 5. part. 1. thes. 10.* & Mollam in *crasporio iuris part. 1. q. 2.*

4. Sed ut aliquem Theologum sentiamus, in expositione dictæ legis Vulpiani sic ait Ioannes Præpositus in *part. 2. Divi Thomæ quest. 95. disp. 4. dub. 1. num. 5.* Contra tertiam conclusionem potest obijci, *leg. Princeps 3. ff. de legibus*, vbi dicitur, Princeps legibus solutus est.

5. Respondent aliqui, ibi esse mentionem certarum quarundam legum, non verò Imperatorem velle Principem solutum esse omni legum genere: Alij solum, idem volunt dicere, quòd dispensatum; quibus tamen repugnat ipsa lex, vbi dicitur, Augusta autem legibus soluta non est, Principes tamen eadem illi privilegia tribuunt, quæ ipsi habent. Vnde.

6. Respondet, Imperatorem solum indicare id, quod docuimus in explicatione illius conclusionis, scilicet supremum Principem non adstringi lege, vt est lex ab eo posita eo modo, quo adstringuntur subditi, cum quo bene potest consistere, quòd quando materia legis, eiusdemque legis conditiones eo locum habent, iure naturæ teneatur facere quòd alijs per legem præscribit, vt caput corpori sese conformet. Ita Præpositus.

7. Mihi verò in hac difficultate aliqua firmanda existimo. Dico igitur primò, quòd Legislator supremus non obligatur lege sua quoad vim coactiuam.

Sup. hac vi
coactiuam in
tom. 3. tr. 1.
in Ref. 51. à
lin. 5. §. vlt.
& in alijs
eius primæ
not.

8. Prob. Vis coactiuam maximè connaturaliter exercetur in inuitum, à quo pœna repositur pro transgressione legis, atqui pœna non potest repositi à supremo Legislatore; ergo. Minor probatur, qui non subditur alijs, sibi etiam non subditur; nec habet in se vim coactiuam.

9. Confirm. esse debitorem pœnæ, dicit respectum ad alium, à quo quis possit vergeri ad pœnæ solutionem, supremus autem Princeps non subditur alicui, qui possit pœnā ab eo exigere: relinquatur ergo quòd si peccet, reddatur obnoxius pœnæ apud Deum debita; non verò apud alium. Ex quo sequitur, quòd Pontifex non incurrit pœnam constitutam in lege à se lata, similiter nec Episcopus incurrit pœnam legis suæ, nec item Princeps secularis: in hoc passim conueniunt Doctores.

10. Dico secundò: Princeps etiam supremus tenetur præstare id, quòd alijs præscripsit per legem, si ratio, & materia legis in illo etiam locum habeat, vt in exemplis allatis. Ita communiter Doctores, & speciatim Diuus Thomas *q. 96. a. 5. ad 3.* qui dicitur Principem subditi lege quoad vim directiuam non quoad vim coactiuam. Patet *c. cum omnes de constitut.* vbi dicitur, quòd quis, quæ iuris, in alterum statuit, ipse debeat vti eo. *Et L. digna C. de ill. dicitur: Digna vox maiestate regnantis alligatum legibus se Principem profiteri.*

11. Dico tertio: quòd Legislator non obligatur sua lege immediatè ex efficacia legis illum adstringentis, sed lex ab eo posita se habet respectu illius tanquam conditio, sine qua non, qua posita lex nature obligat ad præstandum id, quòd alijs sua lege præscripsit propter rationem dictam. Consentit Azor. *1. part. mor. lib. 5. c. 11. §. huius igitur q.* Malderus *q. 96. art. 5. §. aliter tamen.* Lorca *disp. 25. §. primum Princeps.* Tannerus *disp. 5. q. 6. dub. 2. n. 20.* Gamachæus *q. 96. c. 5. in conclus.* Et hoc solum concludit Vasquez *disp. 167. c. 3.* quia scilicet ipsa

ratio naturalis postulat, vt Princeps se alijs conformet, id suadens, & non amplius varia, quæ ex legibus ciuilibus afferuntur.

12. Valentia *disp. 7. q. 5. punct. 4. §. respondeo, hoc ipsum:* conuenit nobiscum in conclusione, si Princeps nolit se lege sua comprehendere: addit tamen, si cum legem tulit ex intentione se se etiam includit in illa, itavit, cum voluit omnes id facere, quòd lege præscripsit, se ipsum quoque in illis omnibus comprehenderit, ipsum obligari lege sua directè.

13. Sed contrarium est longè probabilius: nam etiam eo dato, non redditur inferior Legislatore, & obligatio ex lege orta non ex voluntatis, sed ex ratione inferioris respectu Legislatoris oritur; non potest ergo Legislator se legi subicere, ad hoc vt lex cum directè obliget.

14. Nec refert, quòd possit aliquis per votum directè se se obligare ad aliquid faciendum: nam obligatio orta ex lege (quod votum dicatur priuata lex id est improprium, seu impropria locutio) sed ex promissione, nam per votum aliquis promittens Deo, se se illi tanquam promissario obligat.

15. Ex quo deduco, quòd seposito scandalo Princeps non peccet mortaliter legem suam non seruans, Azo. *lib. 2. de iust. c. 35. dub. 5.* Salas *de leg. disp. 14. n. 17. 19. & 21.* Bonac. *q. 1. de leg. punct. 6.* Palao *de leg. disp. 1. punct. 24. §. 1.* quia illa naturalis æquitas non grauitur obligat. Hinc seposito scandalo Sum. Pont. non legens Horas Canonicas, non ieiunans non grauitur peccat in hoc.

16. Licet aliqui contrarium sentiant, aduerte tamen superiores mirum in modum excitare inferiores ad obseruationem legis, quando ipsis præunt exemplo in exacta legum obseruantia.

17. Vide circa præsentem quæstionem Esecobar in *Theol. mor. tom. 1. lib. 5. sect. 2. c. 5. n. 36. cum seqq.* & me citat. Meroll. *de leg. disp. 4. c. 3. n. 6. 16.* & alios penes ipsos.

18. Ex his inferitur, omnia peccata, quæ à Principe committuntur ob non obseruantiam propriarum legum, esse eiusdem speciei, vt bene inquit Salas *de leg. disp. 14. sect. 2. n. 21.*

19. Ratio est, quia illud præceptum generale legis nature de seruanda propria lege, non ponit actum Principis in eadè specie, in qua esset actus subditi, qui directè, & immediatè subditur legibus Principis, quæ specialiter pertinent ad materiā talis virtutis, vel vitij, & idèd in eadem specie vitij violationis legis humanæ constituitur. Et probatur hoc, quia ratio formalis propter quam dicimus peccare Principem non seruando legem suam, eadem est in violatione omnium legum suarum, scilicet, quia turpiter agit discordado à toto, ergo omnia peccata censentur eiusdem speciei, licet contrarium absque sufficienti ratione velint Lessius, & Bonac.

20. Item inferitur, legem latam à Principe respectu Principis non habere vim, ac rationem legis per se loquendo: quia non est causa immediata, & proxima à qua in conscientia Princeps obligetur, sed tantum est conditio requisita, qua posita emanat iure naturali obligatio ad seruandum suam legem. Nam ius naturale dicitur, quòd caput se conformet corpori, & membris, & quòd patiatur legem, quam ipse tulerit.

21. Nota etiam hic, quòd Princeps superior non tenetur in conscientia seruare statuta, seu leges municipales Prouinciarum sibi subiectarum, quado in illis Prouincijs moratur, vel in eis peregrinatur. Ita Felinus *c. 1. de const. n. 30.* Suarez *lib. 3. de leg. c. 35. n. 14.* Salas *disp. 14. sect. 2. n. 23. & seq.* Bonacina *de leg. disp. 1. q. 1. punct. 6. n. 26.* Ferdinand. Castro in *oper. mor. part. 1. tract. 3. disp. 1. puncto 24. paragrapho 1. numero septimo.* Ratio est, quia talia statuta lata sunt ab inferiori potestate, & iurisdictione, & idèd non habet vim obligandi cum, qui in eodem loco habet superiorem iurisdictionem. Qua

Qua ratione dicunt etiam communiter Canonistæ, Legatum Pontificis, dum est in aliquo Episcopatu non obligari peculiaribus legibus illius Episcopatus.

22. Imò addunt Salas, Suarez, & Castro licet tale statutum particulare confirmatum sit ab ipsomet Principe, nihilominus non obligare illum. Et ratio eorum est, quia non confirmat illud pro tota sua Republica, sed tantum pro determinato loco, & idè nulla ratio cogit caput totius Reipublicæ, vt illi subdat. Hoc autem limitat Suarez, nisi talis locus esset quasi propria habitatio ipsius Principis, vt est verbi gratia, Roma respectu Pontificis vel propria curia respectu Regis: nam que ibi generaliter seruanda statuuntur per supremam auctoritatem ipsiusmet Principis, eum etiam obligare videntur, quia speciali ratione habetur tanquam eius, & membrum illius loci.

23. Sed hoc quod dicunt Auctores citati de statutis particularibus à supremo Principe confirmatis, non videtur indistinctè verum, sed etiam quando confirmatio est in forma communi: scilicet vt quando est ex certa scientia: nam Princeps hoc modo confirmando statum latum ab inferiori potestate, videtur de nouo ipse idemmet statuere, seu illud facere suum argum. c. r. de confirmat. vtil. & cap. si Apostolica de preb. lib. 5. Ergo tenebitur Princeps tale statutum seruare eo modo, quo leges à se latas seruare tenetur. Et hæc omnia tenet Merolla, vbi supra n. 673. cum seq.

RESOL. LIV.

An Princeps propter publicam necessitatem priuatis ius suum auferre possit?

Et in d. lo casu an teneatur Princeps ad recompensationem?

Et quid, si predictum ius tollatur per viam legis generalis, an tunc nulla restitutio fieri debeat?

Et resoluitur privilegium immunitatis per legem generalem non tolli.

Et inferunt, quod Papa valide renouat privilegium per modum contractus onerosi quibusvis personis, quantum dignitate Pontificali, Imperiali, Regali, presulgentibus virtute Bullæ Cæne Domini absque vlla restitutione, seu recompensatione.

Et tandem queritur, an omnia sint suprema Principis, hincque possit ciuibus suis res suas, siue eorum dominium ex plenitudine potestatis pro libito sine vlla causa auferre, & ad alios transferre? Ex part. 11. tr. 7. & Misc. 7. Resol. 5.

§. 1. Negatiuè respondeo nisi iusto pretio refuso. Probatur primò, iniquum, & iniuriosum fore, vt cum iactura, & incommodo vnius, aut quorundam dumtaxat ciuium non etiam vniuersorum publicæ necessitati, & vtilitati subueniretur: cum, vt vtilitas, & commodum est vniuersorum, ita quoque æquissimum sit, vt non quorundam dumtaxat ciuium, sed vniuersorum re atque opera queratur, ac paratur: cum, & hæc sit nature lex iustissima, & æquissima, vt eum sequantur incommoda, quem commoda sequuntur leg. secundum 10. ff. de reg. iur.

2. Secundò, Accedit, quod nemo debeat alterius causa prægruari, cap. non debet de reg. iur. in 6. lam verò si ob necessitatem publicam quis à re sua pellere, prægruaretur vtiq; alterius concinium, videlicet causa, vt qui necessitatem publicam solus ferre cogere, quam tamen ipse solus non commeruit.

3. Tertio. Si filius ob patrem, & è diuerso Pater propter filium quicquam sentire incommodi non tenetur, multò minus ob suos conciuces quicquam tenetur quicquam sustinere damni: cum multò maior, & arctior sit inter patrem, & filium, quam inter Conci-

Tom. VI.

ues coniunctio: siquidem pater, & filius pro vna habentur persona; l. fin. Cod. de impub. & aliis, sub. Et pater, ac filius in secundo humanæ societatis gradu, cuius verò cum conciuce in septimo demum sit constitutus: atqui verum est prius, quod nempe filius pro patre non teneatur quicquam sufferre incommodi tot. iur. C. ne filius pro patre. Ergo, & posterius, ac consequenter non potest Princeps, boni publici causa quicquam priuato auferre, aut eum prægruare.

4. Quarto. Ad hæc si etiam tunc cum ex contractu cum ciuitate, vel vniuersitate into ciues sigillatim obligantur, non obligantur singuli in solidum; sed quisque illorum pro virili parte, multò minus tunc quando ciuis planè non est obligatus, exigetur ab ipso quicquam vltra virilem portionem: at verum est prius ex omnium confessione, ergo sequitur posterius.

5. Quintò. Accedit textus apertissimus in l. vend. 13. §. 1. ff. comm. prad. in quo Vlpianus verbis disertis scribit: Si in agro alicuius sint lapidicines, tunc inuito illo domino, neminem posse lapidem cadere nec priuato, nec publico nomine, nisi prius pro hoc salarium domino præster. Vnde profecto luce meridiana clarius lucebit, nec publico nomine, siue quod idem est, propter vtilitatem, vel necessitatem publicam quicquam priuato auferri posse nisi iusto refuso pretio.

6. Sexto. Et idem planè euincit quoque l. 2. C. pro quibus caus. seruit. pro præm. in qua serui, qui monetarios adulterinos in publicum deferunt, libertate donantur, inuitis etiam dominis: sic tamen, vt ipsi domini pretium ex fisco recipiant.

7. Septimò. Atque huc referri debent regulæ illæ iuris ex medio iure natura, & æquitate desumptæ, quod nemo sit lædendus, l. 1. ff. de iust. & iur. §. 3. instit. eod. tit. nec quisquam locupletari debeat cum alterius detrimento, l. 14. ff. de cond. indeb. l. 206. ff. de reg. iur. neque quisquam sine culpa sua re sua, suoque iure priuati debeat, d. l. 1. de reg. iur. sed suum cuique tributū oporteat.

8. Et quamuis respondeatur ob publicam necessitatem à regulis iuris recedi: non tamen existimo tantam esse Reipublicæ causam, vt eius gratia leges nature atque æquitatis regulæ violari possint, vbi quacumque ratione factæ rectæ conseruari queunt, vt hic si rei, cui res adempta est, vel qui damnum passus fuit, id resarciatur vel contributione conciuum, vel ex fisco Reipublicæ.

9. Octauò. Confirmat denique hanc sententiam non parum, §. fin. instit. de his, qui sui, vel alien. iur. sunt. Vbi cum D. Pio Antonino Iustinianus aperit restitutus nemini hominum ius suum detrahendum, & idè et si Reipublicæ intersit dominos in seruos suos vltra modum sauentes seruos distrahere, ad hoc tamen non aliter ipsos cogendos quam iusto refuso pretio.

10. Atque ex his dicendum videtur, quòd licet Princeps ex causa publicæ vtilitatis potest alteri in re sua præiudicare, imò illam auferre, iuxta ea quæ per textum in l. Lucius, ff. de euit. & in l. si verberatum, §. 1. ff. de rei vend. resoluunt Felinus in cap. noui, sub n. 8. de ind. & in cap. qua Ecclesiarum num. 53. de constit. vbi Abbas n. 11. Boss. in tit. de princ. sub num. 187. Afflic. dec. 361. n. 4. Becan. conf. 5. n. 51. vol. 1. Surdus conf. 203. num. 17. Peregrinus de iur. fise. l. 5. tit. 2. n. 49. Ludovic. Rodolphin. d. c. 6. n. 60.

11. Quo casu tamen teneretur recompensare, l. 1. C. quib. ex caus. serui. pro præm. libert. accip. l. si quando Cod. de oper. libert. Decius in l. id quod nostrum num. 3. ff. de reg. iur. & in conf. 375. in fin. Socinus in conf. 266. num. 59. vol. 2. Iason. conf. 233. num. 38. vol. 2. Nat. conf. 54. Rolandus conf. 69. in 1. dub. vol. 2. Crauet. conf. 95. num. 7. & conf. 276. num. 7. & conf. 308. nu. 8. Menochius conf. 72. num. 27. & conf. 74. num. 10. latè Rimin. Iun. conf. 199. n. 69. cum multis sequentibus Peregrinus de fideicom.